## Liber I Regum

tiam Salomoni sicut locutus est ei et erat pax inter Hiram et Salomonem et percusserunt foedus ambo 5:13 legitque rex Salomon operas de omni Israhel et erat indictio triginta milia uirorum 5:14 mittebatque eos in Libanum decem milia per menses singulos uicissim ita ut duobus mensibus essent in domibus suis et Adoniram erat super huiusmodi indictione 5:15 fuerunt itaque Salomoni septuaginta milia eorum qui onera portabant et octoginta milia latomorum in monte 5:16 absque praepositis qui praeerant singulis operibus numero trium milium et trecentorum praecipientium populo et his qui faciebant opus 5:17 praecepitque rex ut tollerent lapides grandes lapides pretiosos in fundamentum templi et quadrarent eos 5:18 quos dolauerunt cementarii Salomonis et cementarii Hiram porro Biblii praeparauerunt ligna et lapides ad aedificandam domum

6:1 factum est igitur quadringentesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israhel de terra Aegypti in anno quarto mense zio ipse est mensis secundus regis Salomonis super Israhel aedificare coepit domum Domino 6:2 domus autem quam aedificabat rex Salomon Domino habebat sexaginta cubitos in longitudine et uiginti cubitos in latitudine et triginta cubitos in altitudine 6:3 et porticus erat ante templum uiginti cubitorum longitudinis iuxta mensuram latitudinis templi et habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi 6:4 fecitque in templo fenestras obliquas 6:5 et aedificauit super parietem templi tabulata per gyrum in parietibus domus per circuitum templi et oraculi et fecit latera in circuitu 6:6 tabulatum quod subter erat quinque cubitos habebat latitudinis et medium tabulatum sex cubitorum latitudinis et tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus ut non hererent muris templi 6:7 domus autem cum aedificaretur lapidibus dedolatis atque perfectis aedificata est et

5:13 And king Solomon raised a levy out of all Israel; and the levy was thirty thousand men.

5:14 And he sent them to Lebanon, ten thousand a month by courses: a month they were in Lebanon, and two months at home: and Adoniram was over the levy.

5:15 And Solomon had threescore and ten thousand that bare burdens, and fourscore thousand hewers in the mountains;

5:16 Beside the chief of Solomon's officers which were over the work, three thousand and three hundred, which ruled over the people that wrought in the work.

5:17 And the king commanded, and they brought great stones, costly stones, and hewed stones, to lay the foundation of the house.

5:18 And Solomon's builders and Hiram's builders did hew them, and the stonemasons: so they prepared timber and stones to build the house.

6:1 And it came to pass in the four hundred and eightieth year after the children of Israel were come out of the land of Egypt, in the fourth year of Solomon's reign over Israel, in the month Zif, which is the second month, that he began to build the house of the LORD.

6:2 And the house which king Solomon built for the LORD, the length thereof was threescore cubits, and the breadth thereof twenty cubits, and the height thereof thirty cubits.

6:3 And the porch before the temple of the house, twenty cubits was the length thereof, according to the breadth of the house; and ten cubits was the breadth thereof before the house.

6:4 And for the house he made windows of narrow lights.

6:5 And against the wall of the house he built chambers round about, against the walls of the house round about, both of the temple and of the oracle: and he made chambers round about:

6:6 The nethermost chamber was five cubits broad, and the middle was six cubits broad, and the third was seven cubits broad: for without in the wall of the house he made narrowed rests round about, that the beams should not be fastened in the walls of the house.

6:7 And the house, when it was in building, was built of stone made ready before it was brought thither: so that there was neither hammer nor axe nor any tool of iron heard in the house, while it was in building.

## Biblia Sacra Vulgata

---

6:8 The door for the middle chamber was in the right side of the house: and they went up with winding stairs into the middle chamber, and out of the middle into the third.

6:9 So he built the house, and finished it; and covered the house with beams and boards of cedar.

6:10 And then he built chambers against all the house, five cubits high: and they rested on the house with timber of cedar.

6:11 And the word of the LORD came to Solomon, saying,

6:12 Concerning this house which thou art in building, if thou wilt walk in my statutes, and execute my judgments, and keep all my commandments to walk in them; then will I perform my word with thee, which I spake unto David thy father:

6:13 And I will dwell among the children of Israel, and will not forsake my people Israel.

6:14 So Solomon built the house, and finished it.

6:15 And he built the walls of the house within with boards of cedar, both the floor of the house, and the walls of the ceiling: and he covered them on the inside with wood, and covered the floor of the house with planks of fir.

6:16 And he built twenty cubits on the sides of the house, both the floor and the walls with boards of cedar: he even built them for it within, even for the oracle, even for the most holy place.

6:17 And the house, that is, the temple before it, was forty cubits long.

6:18 And the cedar of the house within was carved with knops and open flowers: all was cedar; there was no stone seen.

6:19 And the oracle he prepared in the house within, to set there the ark of the covenant of the LORD.

6:20 And the oracle in the forepart was twenty cubits in length, and twenty cubits in breadth, and twenty cubits in the height thereof: and he overlaid it with pure gold; and so covered the altar which was of cedar.

6:21 So Solomon overlaid the house within with pure gold; and he made a partition by the chains of gold before the oracle; and he overlaid it with gold.

6:22 And the whole house he overlaid with gold, until he had finished all the house: also the whole altar that was by the oracle he overlaid with gold.

malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo cum aedificaretur 6:8 ostium lateris medii in parte erat domus dexteræ et per cocleam ascendebant in medium cenaculum et a medio in tertium 6:9 et aedificauit domum et consummauit eam textit quoque domum laquearibus cedrinis 6:10 et aedificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis et operuit domum lignis cedrinis 6:11 et factus est sermo Domini ad Salomonem dicens 6:12 domus haec quam aedificas si ambulaueris in praeceptis meis et iudicia mea feceris et custodieris omnia mandata mea gradiens per ea firmabo sermonem meum tibi quem locutus sum ad Dauid patrem tuum 6:13 et habitabo in medio filiorum Israhel et non derelinquam populum meum Israhel 6:14 igitur aedificauit Salomon domum et consummauit eam 6:15 et aedificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis a pauimento domus usque ad summitatem parietum et usque ad laquearia operuit lignis intrinsecus et textit pauimentum domus tabulis abiegnis 6:16 aedificauitque uiginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina a pauimento usque ad superiora et fecit interiorem domum oraculi in sanctum sanctorum 6:17 porro quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi 6:18 et cedro omnis domus intrinsecus uestiebatur habens tornaturas suas et iuncturas fabrefactas et celaturas eminentes omnia cedrinis tabulis uestiebantur nec omnino lapis apparere poterat in pariete 6:19 oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat ut poneret ibi arcam foederis Domini 6:20 porro oraculum habebat uiginti cubitos longitudinis et uiginti cubitos latitudinis et uiginti cubitos altitudinis et operuit illud atque uestiuit auro purissimo sed et altare uestiuit cedro 6:21 domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo et adfixit lamminas clauis aureis 6:22 nihilque erat in templo quod non auro tegetetur sed et totum altare

## Liber I Regum

oraculi textit auro 6:23 et fecit in oraculo duo cherubin de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis 6:24 quinque cubitorum ala cherub una et quinque cubitorum ala cherub altera id est decem cubitos habentes a summitate alae usque ad alae alterius summitatem 6:25 decem quoque cubitorum erat cherub secundus mensura pari et opus unum erat in duobus cherubin 6:26 id est altitudinem habebat unus cherub decem cubitorum et similiter cherub secundus 6:27 posuitque cherubin in medio templi interioris extendebant autem alas suas cherubin et tangebant ala una parietem et ala cherub secundi tangebant parietem alterum alae autem alterae in media parte templi se inuicem contingebant 6:28 textit quoque cherubin auro 6:29 et omnes parietes templi per circuitum scalpsit uariis celaturis et torno et fecit in eis cherubin et palmas et picturas uarias quasi prominentes de pariete et egredientes 6:30 sed et pauimentum domus textit auro intrinsecus et extrinsecus 6:31 et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum postesque angulorum quinque 6:32 et duo ostia de lignis oliuarum et scalpsit in eis picturam cherubin et palmarum species et anaglyfa ualde prominentia et textit ea auro et operuit tam cherubin quam palmas et cetera auro 6:33 fecitque in introitum templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos 6:34 et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus et utrumque ostium duplex erat et se inuicem tenens aperiebatur 6:35 et scalpsit cherubin et palmas et celaturas ualde eminentes operuitque omnia lamminis aureis opere quadro ad regulam 6:36 et aedificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum et uno ordine lignorum cedri 6:37 anno quarto fundata est domus Domini in mense zio 6:38 et in anno undecimo mense bul ipse est mensis octauus perfecta est domus in omni opere suo et in uniuersis utensilibus aedificauitque eam annis septem

7:1 domum autem suam aedificauit Salomon tredecim an-

6:23 And within the oracle he made two cherubims of olive tree, each ten cubits high.

6:24 And five cubits was the one wing of the cherub, and five cubits the other wing of the cherub: from the uttermost part of the one wing unto the uttermost part of the other were ten cubits.

6:25 And the other cherub was ten cubits: both the cherubims were of one measure and one size.

6:26 The height of the one cherub was ten cubits, and so was it of the other cherub.

6:27 And he set the cherubims within the inner house: and they stretched forth the wings of the cherubims, so that the wing of the one touched the one wall, and the wing of the other cherub touched the other wall; and their wings touched one another in the midst of the house.

6:28 And he overlaid the cherubims with gold.

6:29 And he carved all the walls of the house round about with carved figures of cherubims and palm trees and open flowers, within and without.

6:30 And the floors of the house he overlaid with gold, within and without.

6:31 And for the entering of the oracle he made doors of olive tree: the lintel and side posts were a fifth part of the wall.

6:32 The two doors also were of olive tree; and he carved upon them carvings of cherubims and palm trees and open flowers, and overlaid them with gold, and spread gold upon the cherubims, and upon the palm trees.

6:33 So also made he for the door of the temple posts of olive tree, a fourth part of the wall.

6:34 And the two doors were of fir tree: the two leaves of the one door were folding, and the two leaves of the other door were folding.

6:35 And he carved thereon cherubims and palm trees and open flowers: and covered them with gold fitted upon the carved work.

6:36 And he built the inner court with three rows of hewed stone, and a row of cedar beams.

6:37 In the fourth year was the foundation of the house of the LORD laid, in the month Zif:

6:38 And in the eleventh year, in the month Bul, which is the eighth month, was the house finished throughout all the parts thereof, and according to all the fashion of it. So was he seven years in building it.

7:1 But Solomon was building his own house thirteen years, and he finished all his house.

## Biblia Sacra Vulgata

7:2 He built also the house of the forest of Lebanon; the length thereof was an hundred cubits, and the breadth thereof fifty cubits, and the height thereof thirty cubits, upon four rows of cedar pillars, with cedar beams upon the pillars.

7:3 And it was covered with cedar above upon the beams, that lay on forty five pillars, fifteen in a row.

7:4 And there were windows in three rows, and light was against light in three ranks.

7:5 And all the doors and posts were square, with the windows: and light was against light in three ranks.

7:6 And he made a porch of pillars; the length thereof was fifty cubits, and the breadth thereof thirty cubits: and the porch was before them: and the other pillars and the thick beam were before them.

7:7 Then he made a porch for the throne where he might judge, even the porch of judgment: and it was covered with cedar from one side of the floor to the other.

7:8 And his house where he dwelt had another court within the porch, which was of the like work. Solomon made also an house for Pharaoh's daughter, whom he had taken to wife, like unto this porch.

7:9 All these were of costly stones, according to the measures of hewed stones, sawed with saws, within and without, even from the foundation unto the coping, and so on the outside toward the great court.

7:10 And the foundation was of costly stones, even great stones, stones of ten cubits, and stones of eight cubits.

7:11 And above were costly stones, after the measures of hewed stones, and cedars.

7:12 And the great court round about was with three rows of hewed stones, and a row of cedar beams, both for the inner court of the house of the LORD, and for the porch of the house.

7:13 And king Solomon sent and fetched Hiram out of Tyre.

7:14 He was a widow's son of the tribe of Naphtali, and his father was a man of Tyre, a worker in brass: and he was filled with wisdom, and understanding, and cunning to work all works in brass. And he came to king Solomon, and wrought all his work.

7:15 For he cast two pillars of brass, of eighteen cubits high apiece: and a line of twelve cubits did compass either of them about.

nis et ad perfectum usque perduxit 7:2 aedificauit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis et quinquaginta cubitorum latitudinis et triginta cubitorum altitudinis et quattuor deambulacra inter columnas cedrinas ligna quippe cedrina exciderat in columnas 7:3 et tabulatis cedrinis uestiuit totam cameram quae quadraginta quinque columnis sustentabatur unus autem ordo habebat columnas quindecim 7:4 contra se inuicem positas 7:5 et e regione se respicientes aequali spatio inter columnas et super columnas quadrangulata ligna in cunctis aequalia 7:6 et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis et triginta cubitorum latitudinis et alteram porticum in facie maioris porticus et columnas et epistylia super columnas 7:7 porticum quoque solii in qua tribunal est fecit et textit lignis cedrinis a pavimento usque ad summitatem 7:8 et domuncula in qua sedetur ad iudicandum erat in media porticu simili opere domum quoque fecit filiae Pharaonis quam uxorem duxerat Salomon tali opere quali et hanc porticum 7:9 omnia lapidibus pretiosis qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quam extrinsecus serrati erant a fundamento usque ad summitatem parietum et intrinsecus usque ad atrium maius 7:10 fundamenta autem de lapidibus pretiosis lapidibus magnis decem siue octo cubitorum 7:11 et desuper lapides pretiosi aequalis mensurae secti erant similiterque de cedro 7:12 et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis et unius ordinis dolata cedro necnon et in atrio domus Domini interiori et in porticu domus 7:13 misit quoque rex Salomon et tulit Hiram de Tyro 7:14 filium mulieris uiduae de tribu Nephtali patre Tyrio artificem aerarium et plenum sapientia et intellegentia et doctrina ad faciendum omne opus ex aere qui cum uenisset ad regem Salomonem fecit omne opus eius 7:15 et finxit duas columnas aereas decem et octo cubito-



## Liber I Regum

rum altitudinis columnam unam et linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque 7:16 duo quoque capitella fecit quae ponerentur super capita columnarum fusili aere quinque cubitorum altitudinis capitellum unum et quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum 7:17 et quasi in modum retis et catenarum sibi inuicem miro opere contextarum utrumque capitellum columnarum fusile erat septena uersuum retiacula in capitello uno et septena retiacula in capitello altero 7:18 et perfecit columnas et duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum ut tegerent capitella quae erant super summitatem malogranatorum eodem modo fecit et capitello secundo 7:19 capitella autem quae erant super capita columnarum quasi opere lilii fabricata erant in porticu quattuor cubitorum 7:20 et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper iuxta mensuram columnae contra retiacula malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi 7:21 et statuit duas columnas in porticum templi cumque statuisset columnam dexteram uocauit eam nomine Iachin similiter erexit columnam secundam et uocauit nomen eius Booz 7:22 et super capita columnarum opus in modum lilii posuit perfectumque est opus columnarum 7:23 fecit quoque mare fusile decem cubitorum a labio usque ad labium rotundum in circuitu quinque cubitorum altitudo eius et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum 7:24 et scalptura subter labium circumibat illud decem cubitis ambiens mare duo ordines scalpturarum histriatarum erant fusiles 7:25 et stabat super duodecim boves e quibus tres respiciebant ad aquilonem et tres ad occidentem et tres ad meridiem et tres ad orientem et mare super eos desuper erat quorum posteriora uniuersa intrinsecus latitabant 7:26 grossitudo autem luteris trium unciarum erat labiumque eius quasi labium calicis et folium repandi lilii duo milia batos capiebat 7:27 et fecit bases decem aereas

7:16 And he made two chapters of molten brass, to set upon the tops of the pillars: the height of the one chapter was five cubits, and the height of the other chapter was five cubits:

7:17 And nets of checker work, and wreaths of chain work, for the chapters which were upon the top of the pillars; seven for the one chapter, and seven for the other chapter.

7:18 And he made the pillars, and two rows round about upon the one network, to cover the chapters that were upon the top, with pomegranates: and so did he for the other chapter.

7:19 And the chapters that were upon the top of the pillars were of lily work in the porch, four cubits.

7:20 And the chapters upon the two pillars had pomegranates also above, over against the belly which was by the network: and the pomegranates were two hundred in rows round about upon the other chapter.

7:21 And he set up the pillars in the porch of the temple: and he set up the right pillar, and called the name thereof Jachin: and he set up the left pillar, and called the name thereof Boaz.

7:22 And upon the top of the pillars was lily work: so was the work of the pillars finished.

7:23 And he made a molten sea, ten cubits from the one brim to the other: it was round all about, and his height was five cubits: and a line of thirty cubits did compass it round about.

7:24 And under the brim of it round about there were knobs compassing it, ten in a cubit, compassing the sea round about: the knobs were cast in two rows, when it was cast.

7:25 It stood upon twelve oxen, three looking toward the north, and three looking toward the west, and three looking toward the south, and three looking toward the east: and the sea was set above upon them, and all their hinder parts were inward.

7:26 And it was an hand breadth thick, and the brim thereof was wrought like the brim of a cup, with flowers of lilies: it contained two thousand baths.

7:27 And he made ten bases of brass: four cubits was the length of one base, and four cubits the breadth thereof, and three cubits the height of it.

## Biblia Sacra Vulgata

---

7:28 And the work of the bases was on this manner: they had borders, and the borders were between the ledges:

7:29 And on the borders that were between the ledges were lions, oxen, and cherubims: and upon the ledges there was a base above: and beneath the lions and oxen were certain additions made of thin work.

7:30 And every base had four brasen wheels, and plates of brass: and the four corners thereof had undersetters: under the laver were undersetters molten, at the side of every addition.

7:31 And the mouth of it within the chapter and above was a cubit: but the mouth thereof was round after the work of the base, a cubit and an half: and also upon the mouth of it were gravings with their borders, foursquare, not round.

7:32 And under the borders were four wheels; and the axletrees of the wheels were joined to the base: and the height of a wheel was a cubit and half a cubit.

7:33 And the work of the wheels was like the work of a chariot wheel: their axletrees, and their naves, and their felloes, and their spokes, were all molten.

7:34 And there were four undersetters to the four corners of one base: and the undersetters were of the very base itself.

7:35 And in the top of the base was there a round compass of half a cubit high: and on the top of the base the ledges thereof and the borders thereof were of the same.

7:36 For on the plates of the ledges thereof, and on the borders thereof, he graved cherubims, lions, and palm trees, according to the proportion of every one, and additions round about.

7:37 After this manner he made the ten bases: all of them had one casting, one measure, and one size.

7:38 Then made he ten lavers of brass: one laver contained forty baths: and every laver was four cubits: and upon every one of the ten bases one laver.

7:39 And he put five bases on the right side of the house, and five on the left side of the house: and he set the sea on the right side of the house eastward over against the south.

7:40 And Hiram made the lavers, and the shovels, and the basons. So Hiram made an end of doing all the work that he made king Solomon for the house of the LORD:

quattuor cubitorum longitudinis bases singulas et quattuor cubitorum latitudinis et trium cubitorum altitudinis 7:28 et ipsum opus basium interrasile erat et scalpturae inter iuncturas 7:29 et inter coronulas et plectas leones et boues et cherubin et in iuncturis similiter desuper et subter leones et boues quasi lora ex aere dependentia 7:30 et quattuor rotae per bases singulas et axes aerei et per quattuor partes quasi umeruli subter luterem fusiles contra se inuicem respectantes 7:31 os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate et quod forinsecus apparebat unius cubiti erat totum rotundum pariterque habebat unum cubitum et dimidium in angulis autem columnarum uariae celaturae erant et media intercolumnia quadrata non rotunda 7:32 quattuor quoque rotae quae per quattuor angulos basis erant coherebant subter basi una rota habebat altitudinis cubitum et semis 7:33 tales autem rotae erant quales solent in curru fieri et axes earum et radii et canti et modioli omnia fusilia 7:34 nam et umeruli illi quattuor per singulos angulos basis unius ex ipsa basi fusiles et coniuncti erant 7:35 in summitate autem basis erat quaedam rotunditas dimidii cubiti ita fabrefacta ut luter desuper possit inponi habens celaturas suas et scalpturas uarias ex semet ipso 7:36 scalpsit quoque in tabulatis illis quae erant ex aere et in angulis cherubin et leones et palmas quasi in similitudinem stantis hominis ut non celata sed adposita per circuitum uiderentur 7:37 in hunc modum fecit decem bases fusura una et mensura scalpturaque consimili 7:38 fecit quoque decem luteris aereos quadraginta batos capiebat luter unus eratque quattuor cubitorum singulosque luteris per singulas id est decem bases posuit 7:39 et constituit decem bases quinque ad dexteram partem templi et quinque ad sinistram mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem 7:40 fecit ergo Hiram lebetas et scutras et amulas et perfecit omne opus regis Salomonis

## Liber I Regum

in templo Domini 7:41 columnas duas et funiculos capitulorum super capitella columnarum duos et retiacula duo ut operirent duos funiculos qui erant super capita columnarum 7:42 et malogranata quadringenta in duobus retiaculis duos uersus malogranatorum in retiaculis singulis ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarum 7:43 et bases decem et luteris decem super bases 7:44 et mare unum et boues duodecim subter mare 7:45 et lebetas et scutras et amulas omnia uasa quae fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini de aurichalco erant 7:46 in campestri regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Socchoth et Sarthan 7:47 et posuit Salomon omnia uasa propter multitudinem autem nimiam non erat pondus aeris 7:48 fecitque Salomon omnia uasa in domo Domini altare aureum et mensam super quam ponerentur panes propositionis auream 7:49 et candelabra aurea quinque ad dexteram et quinque ad sinistram contra oraculum ex auro primo et quasi lilii flores et lucernas desuper aureas et forcipes aureos 7:50 et hydrias et fuscinulas et fialas et mortariola et turibula de auro purissimo et cardines ostiorum domus interioris sancti sanctorum et ostiorum domus templi ex auro erant 7:51 et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini et intulit quae sanctificauerat Dauid pater suus argentum et aurum et uasa reposuitque in thesauris domus Domini

8:1 tunc congregauit omnes maiores natu Israhel cum principibus tribuum et duces familiarum filiorum Israhel ad regem Salomonem in Hierusalem ut deferrent arcam foederis Domini de ciuitate Dauid id est de Sion 8:2 conuenitque ad regem Salomonem uniuersus Israhel in mense hethanim in sollempni die ipse est mensis septimus 8:3 ueneruntque cuncti senes ex Israhel et tulerunt sacerdotes arcam 8:4 et portauerunt arcam Domini et tabernaculum foederis et omnia uasa sanctuarii quae erant in tabernaculo et ferebant ea

7:41 The two pillars, and the two bowls of the chapters that were on the top of the two pillars; and the two networks, to cover the two bowls of the chapters which were upon the top of the pillars;

7:42 And four hundred pomegranates for the two networks, even two rows of pomegranates for one network, to cover the two bowls of the chapters that were upon the pillars;

7:43 And the ten bases, and ten lavers on the bases;

7:44 And one sea, and twelve oxen under the sea;

7:45 And the pots, and the shovels, and the basons; and all these vessels, which Hiram made to king Solomon for the house of the LORD, were of bright brass.

7:46 In the plain of Jordan did the king cast them, in the clay ground between Succoth and Zarthan.

7:47 And Solomon left all the vessels unweighed, because they were exceeding many: neither was the weight of the brass found out.

7:48 And Solomon made all the vessels that pertained unto the house of the LORD: the altar of gold, and the table of gold, whereupon the shewbread was,

7:49 And the candlesticks of pure gold, five on the right side, and five on the left, before the oracle, with the flowers, and the lamps, and the tongs of gold,

7:50 And the bowls, and the snuffers, and the basons, and the spoons, and the censers of pure gold; and the hinges of gold, both for the doors of the inner house, the most holy place, and for the doors of the house, to wit, of the temple.

7:51 So was ended all the work that king Solomon made for the house of the LORD. And Solomon brought in the things which David his father had dedicated; even the silver, and the gold, and the vessels, did he put among the treasures of the house of the LORD.

8:1 Then Solomon assembled the elders of Israel, and all the heads of the tribes, the chief of the fathers of the children of Israel, unto king Solomon in Jerusalem, that they might bring up the ark of the covenant of the LORD out of the city of David, which is Zion.

8:2 And all the men of Israel assembled themselves unto king Solomon at the feast in the month Ethanim, which is the seventh month.

8:3 And all the elders of Israel came, and the priests took up the ark.

8:4 And they brought up the ark of the LORD, and the tabernacle of the congregation, and all the holy vessels that were in the tabernacle, even those did the priests and the Levites bring up.

# Biblia Sacra Vulgata

---

8:5 And king Solomon, and all the congregation of Israel, that were assembled unto him, were with him before the ark, sacrificing sheep and oxen, that could not be told nor numbered for multitude.

8:6 And the priests brought in the ark of the covenant of the LORD unto his place, into the oracle of the house, to the most holy place, even under the wings of the cherubims.

8:7 For the cherubims spread forth their two wings over the place of the ark, and the cherubims covered the ark and the staves thereof above.

8:8 And they drew out the staves, that the ends of the staves were seen out in the holy place before the oracle, and they were not seen without: and there they are unto this day.

8:9 There was nothing in the ark save the two tables of stone, which Moses put there at Horeb, when the LORD made a covenant with the children of Israel, when they came out of the land of Egypt.

8:10 And it came to pass, when the priests were come out of the holy place, that the cloud filled the house of the LORD.

8:11 So that the priests could not stand to minister because of the cloud: for the glory of the LORD had filled the house of the LORD.

8:12 Then spake Solomon, The LORD said that he would dwell in the thick darkness.

8:13 I have surely built thee an house to dwell in, a settled place for thee to abide in for ever.

8:14 And the king turned his face about, and blessed all the congregation of Israel: (and all the congregation of Israel stood.)

8:15 And he said, Blessed be the LORD God of Israel, which spake with his mouth unto David my father, and hath with his hand fulfilled it, saying,

8:16 Since the day that I brought forth my people Israel out of Egypt, I chose no city out of all the tribes of Israel to build an house, that my name might be therein; but I chose David to be over my people Israel.

8:17 And it was in the heart of David my father to build an house for the name of the LORD God of Israel.

8:18 And the LORD said unto David my father, Whereas it was in thine heart to build an house unto my name, thou didst well that it was in thine heart.

8:19 Nevertheless thou shalt not build the house; but thy son that shall come forth out of thy loins, he shall build the house unto my name.

8:20 And the LORD hath performed his word that he spake, and I am risen up in the room of David my father, and sit on the throne of Israel, as the LORD promised, and have built an house for the name of the LORD God of Israel.

sacerdotes et Leuitae 8:5 rex autem Salomon et omnis multitudo Israhel quae conuenerat ad eum gradiebatur cum illo ante arcam et immolabant oues et boues absque aestimatione et numero 8:6 et intulerunt sacerdotes arcam foederis Domini in locum suum in oraculum templi in sanctum sanctorum subter alas cherubin 8:7 siquidem cherubin expandebant alas super locum arcae et protegebant arcam et uectes eius desuper 8:8 cumque eminenter uectes et apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum non apparebant ultra extrinsecus qui et fuerunt ibi usque in praesentem diem 8:9 in arca autem non est aliud nisi duae tabulae lapideae quas posuerat in ea Moses in Horeb quando pepigit foedus Dominus cum filiis Israhel cum egrederentur de terra Aegypti 8:10 factum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario nebula impleuit domum Domini 8:11 et non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam impleuerat enim gloria Domini domum Domini 8:12 tunc ait Salomon Dominus dixit ut habitaret in nebula 8:13 aedificans aedificaui domum in habitaculum tuum firmissimum solium tuum in sempiternum 8:14 conuertitque rex faciem suam et benedixit omni ecclesiae Israhel omnis enim ecclesia Israhel stabat 8:15 et ait benedictus Dominus Deus Israhel qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum et in manibus eius perfecit dicens 8:16 a die qua eduxi populum meum Israhel de Aegypto non elegi ciuitatem de uniuersis tribubus Israhel ut aedificaretur domus et esset nomen meum ibi sed elegi Dauid ut esset super populum meum Israhel 8:17 uoluitque Dauid pater meus aedificare domum nomini Domini Dei Israhel 8:18 et ait Dominus ad Dauid patrem meum quod cogitasti in corde tuo aedificare domum nomini meo bene fecisti hoc ipsum mente tractans 8:19 uerumtamen tu non aedificabis domum sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis ipse aedificabit domum nomini meo 8:20

## Liber I Regum

confirmavit Dominus sermonem suum quem locutus est stetitque pro David patre meo et sedi super thronum Israhel sicut locutus est Dominus et aedificaui domum nomini Domini Dei Israhel 8:21 et constitui ibi locum arcae in qua foedus est Domini quod percussit cum patribus nostris quando egressi sunt de terra Aegypti 8:22 stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesiae Israhel et expandit manus suas in caelum 8:23 et ait Domine Deus Israhel non est similis tui Deus in caelo desuper et super terra deorsum qui custodis pactum et misericordiam seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo 8:24 qui custodisti seruo tuo David patri meo quae locutus es ei ore locutus es et manibus perfecisti ut et haec dies probat 8:25 nunc igitur Domine Deus Israhel conserua famulo tuo David patri meo quae locutus es ei dicens non auferetur de te uir coram me qui se-deat super thronum Israhel ita tamen si custodierint filii tui uiam suam ut ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo 8:26 et nunc Deus Israhel firmentur uerba tua quae locutus es seruo tuo David patri meo 8:27 ergone putandum est quod uere Deus habitet super terram si enim caelum et caeli caelorum te capere non possunt quanto magis domus haec quam aedificaui 8:28 sed respice ad orationem serui tui et ad preces eius Domine Deus meus audi hymnum et orationem quam seruus tuus orat coram te hodie 8:29 ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte et die super domum de qua dixisti erit nomen meum ibi ut exaudias orationem qua orat te seruus tuus in loco isto 8:30 ut exaudias deprecationem serui tui et populi tui Israhel quodcumque orauerint in loco isto et exaudies in loco habitaculi tui in caelo et cum exaudieris propitius eris 8:31 si peccauerit homo in proximum suum et habuerit aliquod iuramentum quo teneatur adstrictus et uenerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam 8:32 tu exaudies in caelo et fa-

8:21 And I have set there a place for the ark, wherein is the covenant of the LORD, which he made with our fathers, when he brought them out of the land of Egypt.

8:22 And Solomon stood before the altar of the LORD in the presence of all the congregation of Israel, and spread forth his hands toward heaven:

8:23 And he said, LORD God of Israel, there is no God like thee, in heaven above, or on earth beneath, who keep-est covenant and mercy with thy servants that walk before thee with all their heart:

8:24 Who hast kept with thy servant David my father that thou promisedst him: thou spakest also with thy mouth, and hast fulfilled it with thine hand, as it is this day.

8:25 Therefore now, LORD God of Israel, keep with thy servant David my father that thou promisedst him, saying, There shall not fail thee a man in my sight to sit on the throne of Israel; so that thy children take heed to their way, that they walk before me as thou hast walked before me.

8:26 And now, O God of Israel, let thy word, I pray thee, be verified, which thou spakest unto thy servant David my father.

8:27 But will God indeed dwell on the earth? behold, the heaven and heaven of heavens cannot contain thee; how much less this house that I have builded?

8:28 Yet have thou respect unto the prayer of thy servant, and to his supplication, O LORD my God, to hearken unto the cry and to the prayer, which thy servant prayeth before thee to day:

8:29 That thine eyes may be open toward this house night and day, even toward the place of which thou hast said, My name shall be there: that thou mayest hearken unto the prayer which thy servant shall make toward this place.

8:30 And hearken thou to the supplication of thy servant, and of thy people Israel, when they shall pray toward this place: and hear thou in heaven thy dwelling place: and when thou hearest, forgive.

8:31 If any man trespass against his neighbour, and an oath be laid upon him to cause him to swear, and the oath come before thine altar in this house:

8:32 Then hear thou in heaven, and do, and judge thy servants, condemning the wicked, to bring his way upon his head; and justifying the righteous, to give him according to his righteousness.

## Biblia Sacra Vulgata

---

8:33 When thy people Israel be smitten down before the enemy, because they have sinned against thee, and shall turn again to thee, and confess thy name, and pray, and make supplication unto thee in this house:

8:34 Then hear thou in heaven, and forgive the sin of thy people Israel, and bring them again unto the land which thou gavest unto their fathers.

8:35 When heaven is shut up, and there is no rain, because they have sinned against thee; if they pray toward this place, and confess thy name, and turn from their sin, when thou afflictest them:

8:36 Then hear thou in heaven, and forgive the sin of thy servants, and of thy people Israel, that thou teach them the good way wherein they should walk, and give rain upon thy land, which thou hast given to thy people for an inheritance.

8:37 If there be in the land famine, if there be pestilence, blasting, mildew, locust, or if there be caterpillar; if their enemy besiege them in the land of their cities; whatsoever plague, whatsoever sickness there be;

8:38 What prayer and supplication soever be made by any man, or by all thy people Israel, which shall know every man the plague of his own heart, and spread forth his hands toward this house:

8:39 Then hear thou in heaven thy dwelling place, and forgive, and do, and give to every man according to his ways, whose heart thou knowest; (for thou, even thou only, knowest the hearts of all the children of men;)

8:40 That they may fear thee all the days that they live in the land which thou gavest unto our fathers.

8:41 Moreover concerning a stranger, that is not of thy people Israel, but cometh out of a far country for thy name's sake;

8:42 (For they shall hear of thy great name, and of thy strong hand, and of thy stretched out arm;) when he shall come and pray toward this house;

8:43 Hear thou in heaven thy dwelling place, and do according to all that the stranger calleth to thee for: that all people of the earth may know thy name, to fear thee, as do thy people Israel; and that they may know that this house, which I have builded, is called by thy name.

cies et iudicabis seruos tuos condemnans impium et reddens uiam suam super caput eius iustificansque iustum et retribuens ei secundum iustitiam suam 8:33 si fugerit populus tuus Israhel inimicos suos quia peccaturus est tibi et agentes paenitentiam et confitentes nomini tuo uenerint et orauerint et deprecati te fuerint in domo hac 8:34 exaudi in caelo et dimitte peccatum populi tui Israhel et reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum 8:35 si clausum fuerit caelum et non pluerit propter peccata eorum et orantes in loco isto paenitentiam egerint nomini tuo et a peccatis suis conuersi fuerint propter adflictionem suam 8:36 exaudi eos in caelo et dimitte peccata seruorum tuorum et populi tui Israhel et ostende eis uiam bonam per quam ambulent et da pluuiam super terram tuam quam dedisti populo tuo in possessionem 8:37 fames si oborta fuerit in terra aut pestilentia aut corruptus aer aurugo lucusta rubigo et adflixerit eum et inimicus eius portas obsidens omnis plaga uniuersa infirmitas 8:38 cuncta deuotatio et inprecatio quae acciderit omni homini de populo tuo Israhel si quis cognouerit plagam cordis sui et expanderit manus suas in domo hac 8:39 tu audies in caelo in loco habitationis tuae et repropitiaberis et facies ut des unicuique secundum omnes uias suas sicut uideris cor eius quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum 8:40 ut timeant te cunctis diebus quibus uiuunt super faciem terrae quam dedisti patribus nostris 8:41 insuper et alienigena qui non est de populo tuo Israhel cum uenerit de terra longinqua propter nomen tuum audietur enim nomen tuum magnum et manus tua fortis et brachium tuum 8:42 extentum ubique cum uenerit ergo et orauerit in loco hoc 8:43 tu exaudies in caelo in firmamento habitaculi tui et facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena ut discant uniuersi populi terrarum nomen tuum timere sicut populus tuus Israhel et probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc

## Liber I Regum

quam aedificaui 8:44 si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per uiam quocumque miseris eos orabunt te contra uiam ciuitatis quam elegisti et contra domum quam aedificaui nomini tuo 8:45 et exaudies in caelo orationem eorum et preces eorum et facies iudicium eorum 8:46 quod si peccauerint tibi non est enim homo qui non peccet et iratus tradideris eos inimicis suis et capti ducti fuerint in terram inimicorum longe uel prope 8:47 et egerint paenitentiam in corde suo in loco captiuitatis et conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua dicentes peccaui inique egimus impie gessimus 8:48 et reuersi fuerint ad te in uniuerso corde suo et tota anima sua in terra inimicorum suorum ad quam captiui ducti sunt et orauerint te contra uiam terrae suae quam dedisti patribus eorum et ciuitatis quam elegisti et templi quod aedificaui nomini tuo 8:49 exaudies in caelo in firmamento solii tui orationem eorum et preces et facies iudicium eorum 8:50 et propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi et omnibus iniquitatibus eorum quibus praeuaricati sunt in te et dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint ut misereantur eis 8:51 populus enim tuus est et hereditas tua quos eduxisti de terra Aegypti de medio fornacis ferreae 8:52 ut sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui et populi tui Israhel et exaudias eos in uniuersis pro quibus inuocauerint te 8:53 tu enim separasti eos tibi in hereditatem de uniuersis populis terrae sicut locutus es per Moysen seruum tuum quando eduxisti patres nostros de Aegypto Domine Deus 8:54 factum est autem cum compleret Salomon orans Dominum omnem orationem et deprecationem hanc surrexit de conspectu altaris Domini utrumque enim genu in terram fixerat et manus expanderat ad caelum 8:55 stetit ergo et benedixit omni ecclesiae Israhel uoce magna dicens 8:56 benedictus Dominus qui dedit requiem populo suo Israhel iuxta omnia quae locutus est non cecidit ne unus

8:44 If thy people go out to battle against their enemy, whithersoever thou shalt send them, and shall pray unto the LORD toward the city which thou hast chosen, and toward the house that I have built for thy name:

8:45 Then hear thou in heaven their prayer and their supplication, and maintain their cause.

8:46 If they sin against thee, (for there is no man that sinneth not,) and thou be angry with them, and deliver them to the enemy, so that they carry them away captives unto the land of the enemy, far or near:

8:47 Yet if they shall bethink themselves in the land whither they were carried captives, and repent, and make supplication unto thee in the land of them that carried them captives, saying, We have sinned, and have done perversely, we have committed wickedness;

8:48 And so return unto thee with all their heart, and with all their soul, in the land of their enemies, which led them away captive, and pray unto thee toward their land, which thou gavest unto their fathers, the city which thou hast chosen, and the house which I have built for thy name:

8:49 Then hear thou their prayer and their supplication in heaven thy dwelling place, and maintain their cause,

8:50 And forgive thy people that have sinned against thee, and all their transgressions wherein they have transgressed against thee, and give them compassion before them who carried them captive, that they may have compassion on them:

8:51 For they be thy people, and thine inheritance, which thou broughtest forth out of Egypt, from the midst of the furnace of iron:

8:52 That thine eyes may be open unto the supplication of thy servant, and unto the supplication of thy people Israel, to hearken unto them in all that they call for unto thee.

8:53 For thou didst separate them from among all the people of the earth, to be thine inheritance, as thou spakest by the hand of Moses thy servant, when thou broughtest our fathers out of Egypt, O LORD God.

8:54 And it was so, that when Solomon had made an end of praying all this prayer and supplication unto the LORD, he arose from before the altar of the LORD, from kneeling on his knees with his hands spread up to heaven.

8:55 And he stood, and blessed all the congregation of Israel with a loud voice, saying,

8:56 Blessed be the LORD, that hath given rest unto his people Israel, according to all that he promised: there hath not failed one word of all his good promise, which he promised by the hand of Moses his servant.

# Biblia Sacra Vulgata

8:57 The LORD our God be with us, as he was with our fathers: let him not leave us, nor forsake us:

8:58 That he may incline our hearts unto him, to walk in all his ways, and to keep his commandments, and his statutes, and his judgments, which he commanded our fathers.

8:59 And let these my words, wherewith I have made supplication before the LORD, be nigh unto the LORD our God day and night, that he maintain the cause of his servant, and the cause of his people Israel at all times, as the matter shall require:

8:60 That all the people of the earth may know that the LORD is God, and that there is none else.

8:61 Let your heart therefore be perfect with the LORD our God, to walk in his statutes, and to keep his commandments, as at this day.

8:62 And the king, and all Israel with him, offered sacrifice before the LORD.

8:63 And Solomon offered a sacrifice of peace offerings, which he offered unto the LORD, two and twenty thousand oxen, and an hundred and twenty thousand sheep. So the king and all the children of Israel dedicated the house of the LORD.

8:64 The same day did the king hallow the middle of the court that was before the house of the LORD: for there he offered burnt offerings, and meat offerings, and the fat of the peace offerings: because the brasen altar that was before the LORD was too little to receive the burnt offerings, and meat offerings, and the fat of the peace offerings.

8:65 And at that time Solomon held a feast, and all Israel with him, a great congregation, from the entering in of Hamath unto the river of Egypt, before the LORD our God, seven days and seven days, even fourteen days.

8:66 On the eighth day he sent the people away: and they blessed the king, and went unto their tents joyful and glad of heart for all the goodness that the LORD had done for David his servant, and for Israel his people.

9:1 And it came to pass, when Solomon had finished the building of the house of the LORD, and the king's house, and all Solomon's desire which he was pleased to do,

9:2 That the LORD appeared to Solomon the second time, as he had appeared unto him at Gibeon.

quidem sermo ex omnibus bonis quae locutus est per Mosen seruum suum 8:57 sit Dominus Deus noster nobiscum sicut fuit cum patribus nostris non derelinquens nos neque proiciens 8:58 sed inclinet corda nostra ad se ut ambulemus in uniuersis uis eius et custodiamus mandata eius et caerimonias et iudicia quaecumque mandauit patribus nostris 8:59 et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram Domino adpropinquantes Domino Deo nostro die et nocte ut faciat iudicium seruo suo et populo suo Israhel per singulos dies 8:60 et sciant omnes populi terrae quia Dominus ipse est Deus et non est ultra absque eo 8:61 sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro ut ambulemus in decretis eius et custodiamus mandata eius sicut et hodie 8:62 igitur rex et omnis Israhel cum eo immolabant uictimas coram Domino 8:63 mactauitque Salomon hostias pacificas quas immolauit Domino bouum uiginti duo milia ouium centum uiginti milia et dedicauerunt templum Domini rex et filii Israhel 8:64 in die illa sanctificauit rex medium atrii quod erat ante domum Domini fecit quippe ibi holocaustum et sacrificium et adipem pacificorum quia altare aereum quod erat coram Domino minus erat et capere non poterat holocausta et sacrificium et adipem pacificorum 8:65 fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem et omnis Israhel cum eo multitudo magna ab introitu Emath usque ad riuum Aegypti coram Domino Deo nostro septem diebus et septem diebus id est quattuordecim diebus 8:66 et in die octaua dimisit populos qui benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua laetantes et alacri corde super omnibus bonis quae fecerat Dominus Dauid seruo suo et Israhel populo suo

9:1 factum est autem cum perfecisset Salomon aedificium domus Domini et aedificium regis et omne quod optauerat et uoluerat facere 9:2 apparuit Dominus ei secundo sicut ap-



## Liber I Regum

paruerat ei in Gabaon 9:3 dixitque Dominus ad eum exaudiui orationem tuam et deprecationem tuam qua deprecatus es coram me sanctificaui domum hanc quam aedificasti ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus 9:4 tu quoque si ambulaueris coram me sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis et in aequitate et feceris omnia quae praecepi tibi et legitima mea et iudicia mea seruaueris 9:5 ponam thronum regni tui super Israhel in sempiternum sicut locutus sum Dauid patri tuo dicens non auferetur de genere tuo uir de solio Israhel 9:6 si autem auersione auersi fueritis uos et filii uestri non sequentes me nec custodientes mandata mea et caerimonias quas proposui uobis sed abieritis et colueritis deos alienos et adoraueritis eos 9:7 auferam Israhel de superficie terrae quam dedi eis et templum quod sanctificaui nomini meo proiciam a conspectu meo eritque Israhel in prouerbium et in fabulam cunctis populis 9:8 et domus haec erit in exemplum omnis qui transierit per eam stupebit et sibilabit et dicet quare fecit Dominus sic terrae huic et domui huic 9:9 et respondebunt quia dereliquerunt Dominum Deum suum qui eduxit patres eorum de terra Aegypti et secuti sunt deos alienos et adorauerunt eos et coluerunt idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc 9:10 expletis autem annis uiginti postquam aedificauerat Salomon duas domos id est domum Domini et domum regis 9:11 Hiram rege Tyri praebente Salomoni ligna cedrina et abiegna et aurum iuxta omne quod opus habuerat tunc dedit Salomon Hiram uiginti oppida in terra Galileae 9:12 egressusque est Hiram de Tyro ut uideret oppida quae dederat ei Salomon et non placuerunt ei 9:13 et ait haecine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater et appellauit eas terram Chabul usque in diem hanc 9:14 misit quoque Hiram ad regem centum uiginti talenta auri 9:15 haec est summa expensarum quam obtulit rex Salomon

9:3 And the LORD said unto him, I have heard thy prayer and thy supplication, that thou hast made before me: I have hallowed this house, which thou hast built, to put my name there for ever; and mine eyes and mine heart shall be there perpetually.

9:4 And if thou wilt walk before me, as David thy father walked, in integrity of heart, and in uprightness, to do according to all that I have commanded thee, and wilt keep my statutes and my judgments:

9:5 Then I will establish the throne of thy kingdom upon Israel for ever, as I promised to David thy father, saying, There shall not fall thee a man upon the throne of Israel.

9:6 But if ye shall at all turn from following me, ye or your children, and will not keep my commandments and my statutes which I have set before you, but go and serve other gods, and worship them:

9:7 Then will I cut off Israel out of the land which I have given them; and this house, which I have hallowed for my name, will I cast out of my sight; and Israel shall be a proverb and a byword among all people:

9:8 And at this house, which is high, every one that passeth by it shall be astonished, and shall hiss; and they shall say, Why hath the LORD done thus unto this land, and to this house?

9:9 And they shall answer, Because they forsook the LORD their God, who brought forth their fathers out of the land of Egypt, and have taken hold upon other gods, and have worshipped them, and served them: therefore hath the LORD brought upon them all this evil.

9:10 And it came to pass at the end of twenty years, when Solomon had built the two houses, the house of the LORD, and the king's house,

9:11 (Now Hiram the king of Tyre had furnished Solomon with cedar trees and fir trees, and with gold, according to all his desire.) that then king Solomon gave Hiram twenty cities in the land of Galilee.

9:12 And Hiram came out from Tyre to see the cities which Solomon had given him; and they pleased him not.

9:13 And he said, What cities are these which thou hast given me, my brother? And he called them the land of Cabul unto this day.

9:14 And Hiram sent to the king sixscore talents of gold.

9:15 And this is the reason of the levy which king Solomon raised; for to build the house of the LORD, and his own house, and Millo, and the wall of Jerusalem, and Hazor, and Megiddo, and Gezer.

## Biblia Sacra Vulgata

9:16 For Pharaoh king of Egypt had gone up, and taken Gezer, and burnt it with fire, and slain the Canaanites that dwelt in the city, and given it for a present unto his daughter, Solomon's wife.

9:17 And Solomon built Gezer, and Bethoron the nether,

9:18 And Baalath, and Tadmor in the wilderness, in the land,

9:19 And all the cities of store that Solomon had, and cities for his chariots, and cities for his horsemen, and that which Solomon desired to build in Jerusalem, and in Lebanon, and in all the land of his dominion.

9:20 And all the people that were left of the Amorites, Hittites, Perizzites, Hivites, and Jebusites, which were not of the children of Israel,

9:21 Their children that were left after them in the land, whom the children of Israel also were not able utterly to destroy, upon those did Solomon levy a tribute of bondservice unto this day.

9:22 But of the children of Israel did Solomon make no bondmen: but they were men of war, and his servants, and his princes, and his captains, and rulers of his chariots, and his horsemen.

9:23 These were the chief of the officers that were over Solomon's work, five hundred and fifty, which bare rule over the people that wrought in the work.

9:24 But Pharaoh's daughter came up out of the city of David unto her house which Solomon had built for her: then did he build Millo.

9:25 And three times in a year did Solomon offer burnt offerings and peace offerings upon the altar which he built unto the LORD, and he burnt incense upon the altar that was before the LORD. So he finished the house.

9:26 And king Solomon made a navy of ships in Eziongaber, which is beside Eloth, on the shore of the Red sea, in the land of Edom.

9:27 And Hiram sent in the navy his servants, shipmen that had knowledge of the sea, with the servants of Solomon.

9:28 And they came to Ophir, and fetched from thence gold, four hundred and twenty talents, and brought it to king Solomon.

10:1 And when the queen of Sheba heard of the fame of Solomon concerning the name of the LORD, she came to prove him with hard questions.

ad aedificandam domum Domini et domum suam et Mello et murum Hierusalem et Eser et Mageddo et Gazer 9:16 Pharao rex Aegypti ascendit et cepit Gazer succenditque eam igni et Chananeum qui habitabat in ciuitate interfecit et dedit eam in dote filiae suae uxori Salomonis 9:17 aedificauit ergo Salomon Gazer et Bethoron inferiorem 9:18 et Baalath et Palmyram in terra solitudinis 9:19 et omnes uicos qui ad se pertinebant et erant absque muro muniuit et ciuitates curruum et ciuitates equitum et quodcumque ei placuit ut aedificaret in Hierusalem et in Libano et in omni terra potestatis suae 9:20 uniuersum populum qui remanserat de Amorreis et Hettheis et Ferezeis et Eueis et Iebuseis qui non sunt de filiis Israhel 9:21 horum filios qui remanserant in terra quos scilicet non potuerant filii Israhel exterminare fecit Salomon tributarios usque ad diem hanc 9:22 de filiis autem Israhel non constituit Salomon seruire quemquam sed erant uiri bellatores et ministri eius et principes et duces et praefecti curruum et equorum 9:23 erant autem principes super omnia opera Salomonis praepositi quingenti quinquaginta qui habebant subiectum populum et statutis operibus imperabant 9:24 filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam quam aedificauerat ei tunc aedificauit Mello 9:25 offerebat quoque Salomon tribus uicibus per annos singulos holocausta et pacificas uictimas super altare quod aedificauerat Domino et adolebat thymiana coram Domino perfectumque est templum 9:26 classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber quae est iuxta Ahilam in litore maris Rubri in terra Idumea 9:27 misitque Hiram in classe illa seruos suos uiros nauticos et gnaros maris cum seruis Salomonis 9:28 qui cum uenissent in Ophir sumptum inde aurum quadringentorum uiginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem

10:1 sed et regina Saba audita fama Salomonis in nomine

## Liber I Regum

Domini uenit temptare eum in enigmatibus 10:2 et ingressa Hierusalem multo comitatu et diuitiis camelis portantibus aromata et aurum infinitum nimis et gemmas pretiosas uenit ad Salomonem et locuta est ei uniuersa quae habebat in corde suo 10:3 et docuit eam Salomon omnia uerba quae proposuerat non fuit sermo qui regem posset latere et non responderet ei 10:4 uidens autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis et domum quam aedificauerat 10:5 et cibos mensae eius et habitacula seruorum et ordinem ministrantium uestesque eorum et pincernas et holocausta quae offerebat in domo Domini non habebat ultra spiritum 10:6 dixitque ad regem uerus est sermo quem audiui in terra mea 10:7 super sermonibus tuis et super sapientia tua et non credebam narrantibus mihi donec ipsa ueni et uidi oculis meis et probaui quod media pars mihi nuntiata non fuerit maior est sapientia et opera tua quam rumor quem audiui 10:8 beati uiri tui et beati serui tui hii qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam 10:9 sit Dominus Deus tuus benedictus cui placuisti et posuit te super thronum Israhel eo quod dilexerit Dominus Israhel in sempiternum et constituit te regem ut faceres iudicium et iustitiam 10:10 dedit ergo regi centum uiginti talenta auri et aromata multa nimis et gemmas pretiosas non sunt adlata ultra aromata tam multa quam ea quae dedit regina Saba regi Salomoni 10:11 sed et classis Hiram quae portabat aurum de Ophir adtulit ex Ophir ligna thyina multa nimis et gemmas pretiosas 10:12 fecitque rex de lignis thyinis fulchra domus Domini et domus regiae et citharas lyrasque cantoribus non sunt adlata huiuscemodi ligna thyina neque uisa usque in praesentem diem 10:13 rex autem Salomon dedit reginae Saba omnia quae uoluit et petiuit ab eo exceptis his quae ultro obtulerat ei munere regio quae reuersa est et abiit in terram suam cum seruis suis 10:14 erat autem pondus auri quod adferebatur

10:2 And she came to Jerusalem with a very great train, with camels that bare spices, and very much gold, and precious stones: and when she was come to Solomon, she communed with him of all that was in her heart.

10:3 And Solomon told her all her questions: there was not any thing hid from the king, which he told her not.

10:4 And when the queen of Sheba had seen all Solomon's wisdom, and the house that he had built,

10:5 And the meat of his table, and the sitting of his servants, and the attendance of his ministers, and their apparel, and his cupbearers, and his ascent by which he went up unto the house of the LORD: there was no more spirit in her.

10:6 And she said to the king, It was a true report that I heard in mine own land of thy acts and of thy wisdom.

10:7 Howbeit I believed not the words, until I came, and mine eyes had seen it: and, behold, the half was not told me: thy wisdom and prosperity exceedeth the fame which I heard.

10:8 Happy are thy men, happy are these thy servants, which stand continually before thee, and that hear thy wisdom.

10:9 Blessed be the LORD thy God, which delighted in thee, to set thee on the throne of Israel: because the LORD loved Israel for ever, therefore made he thee king, to do judgment and justice.

10:10 And she gave the king an hundred and twenty talents of gold, and of spices very great store, and precious stones: there came no more such abundance of spices as these which the queen of Sheba gave to king Solomon.

10:11 And the navy also of Hiram, that brought gold from Ophir, brought in from Ophir great plenty of almug trees, and precious stones.

10:12 And the king made of the almug trees pillars for the house of the LORD, and for the king's house, harps also and psalteries for singers: there came no such almug trees, nor were seen unto this day.

10:13 And king Solomon gave unto the queen of Sheba all her desire, whatsoever she asked, beside that which Solomon gave her of his royal bounty. So she turned and went to her own country, she and her servants.

10:14 Now the weight of gold that came to Solomon in one year was six hundred threescore and six talents of gold,

## Biblia Sacra Vulgata

---

10:15 Beside that he had of the merchantmen, and of the traffick of the spice merchants, and of all the kings of Arabia, and of the governors of the country.

10:16 And king Solomon made two hundred targets of beaten gold: six hundred shekels of gold went to one target.

10:17 And he made three hundred shields of beaten gold; three pound of gold went to one shield: and the king put them in the house of the forest of Lebanon.

10:18 Moreover the king made a great throne of ivory, and overlaid it with the best gold.

10:19 The throne had six steps, and the top of the throne was round behind: and there were stays on either side on the place of the seat, and two lions stood beside the stays.

10:20 And twelve lions stood there on the one side and on the other upon the six steps: there was not the like made in any kingdom.

10:21 And all king Solomon's drinking vessels were of gold, and all the vessels of the house of the forest of Lebanon were of pure gold; none were of silver: it was nothing accounted of in the days of Solomon.

10:22 For the king had at sea a navy of Tharshish with the navy of Hiram: once in three years came the navy of Tharshish, bringing gold, and silver, ivory, and apes, and peacocks.

10:23 So king Solomon exceeded all the kings of the earth for riches and for wisdom.

10:24 And all the earth sought to Solomon, to hear his wisdom, which God had put in his heart.

10:25 And they brought every man his present, vessels of silver, and vessels of gold, and garments, and armour, and spices, horses, and mules, a rate year by year.

10:26 And Solomon gathered together chariots and horsemen: and he had a thousand and four hundred chariots, and twelve thousand horsemen, whom he bestowed in the cities for chariots, and with the king at Jerusalem.

10:27 And the king made silver to be in Jerusalem as stones, and cedars made he to be as the sycamore trees that are in the vale, for abundance.

10:28 And Solomon had horses brought out of Egypt, and linen yarn: the king's merchants received the linen yarn at a price.

Salomoni per annos singulos sescentorum sexaginta sex talentorum auri 10:15 excepto eo quod offerebant uiri qui super uectigalia erant et negotiatores uniuersique scruta uendentes et omnes reges Arabiae ducesque terrae 10:16 fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro puro sescentos auri siclos dedit in lamminas scuti unius 10:17 et trecentas peltas ex auro probato trecentae minae auri unam peltam uestiebant posuitque ea rex in domo siluae Libani 10:18 fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem et uestiuit eum auro fuluo nimis 10:19 qui habebat sex gradus et summitas throni rotunda erat in parte posteriori et duae manus hinc atque inde tenentes sedile et duo leones stabant iuxta manus singulas 10:20 et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde non est factum tale opus in uniuersis regnis 10:21 sed et omnia uasa de quibus potabat rex Salomon erant aurea et uniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo non erat argentum nec alicuius pretii putabatur in diebus Salomonis 10:22 quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis deferens inde aurum et argentum dentes elefantorum et simias et pauos 10:23 magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terrae diuitiis et sapientia 10:24 et uniuersa terra desiderabat uultum Salomonis ut audiret sapientiam eius quam dederat Deus in corde eius 10:25 et singuli deferebant ei munera uasa argentea et aurea uestes et arma bellica aromata quoque et equos et mulos per annos singulos 10:26 congregauitque Salomon currus et equites et facti sunt ei mille quadringenti currus et duodecim milia equitum et disposuit eos per ciuitates munitas et cum rege in Hierusalem 10:27 fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Hierusalem quanta lapidum et cedrorum praebuit multitudinem quasi sycomoros quae nascuntur in campestribus 10:28 et educebantur equi Salomoni de Aegypto et de Coa negotiato-

## Liber I Regum

res enim regis emebant de Coa et statuto pretio perducebant  
10:29 egrediebatur autem quadriga ex Aegypto sescentis sic-  
lis argenti et equus centum quinquaginta atque in hunc mo-  
dum cuncti reges Heththeorum et Syriae equos uenundabant

10:29 And a chariot came up and went out of Egypt for six hundred shekels of silver, and an horse for an hundred and fifty: and so for all the kings of the Hittites, and for the kings of Syria, did they bring them out by their means.

11:1 rex autem Salomon amauit mulieres alienigenas mul-  
tas filiam quoque Pharaonis et Moabitidas et Ammanitidas  
Idumeas et Sidonias et Chettheas 11:2 de gentibus super  
quibus dixit Dominus filiis Israhel non ingrediemini ad eas  
neque de illis ingredientur ad uestras certissimo enim auer-  
tent corda uestra ut sequamini deos earum his itaque copu-  
latus est Salomon ardentissimo amore 11:3 fueruntque ei  
uxores quasi reginae septingentae et concubinae trecentae  
et auerterunt mulieres cor eius 11:4 cumque iam esset se-  
nex deprauatum est per mulieres cor eius ut sequeretur deos  
alienos nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo  
sicut cor Dauid patris eius 11:5 sed colebat Salomon Ast-  
harthen deam Sidoniorum et Moloch idolum Ammanitarum  
11:6 fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino  
et non adimpleuit ut sequeretur Dominum sicut pater eius  
11:7 tunc aedificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab in  
monte qui est contra Hierusalem et Moloch idolo filiorum  
Ammon 11:8 atque in hunc modum fecit uniuersis uxoribus  
suis alienigenis quae adolebant tura et immolabant diis suis  
11:9 igitur iratus est Dominus Salomoni quod auersa esset  
mens eius a Domino Deo Israhel qui apparuerat ei secundo  
11:10 et praeceperat de uerbo hoc ne sequeretur deos alienos  
et non custodiuit quae mandauit ei Dominus 11:11 dixit ita-  
que Dominus Salomoni quia habuisti hoc apud te et non cu-  
stodisti pactum meum et praecepta mea quae mandauit tibi  
disrumpens scindam regnum tuum et dabo illud seruo tuo  
11:12 uerumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid  
patrem tuum de manu filii tui scindam illud 11:13 nec to-  
tum regnum auferam sed tribum unam dabo filio tuo pro-

11:1 But king Solomon loved many strange women, together with the daughter of Pharaoh, women of the Moabites, Ammonites, Edomites, Zidonians, and Hittites:

11:2 Of the nations concerning which the LORD said unto the children of Israel, Ye shall not go in to them, neither shall they come in unto you: for surely they will turn away your heart after their gods: Solomon clave unto these in love.

11:3 And he had seven hundred wives, princesses, and three hundred concubines: and his wives turned away his heart.

11:4 For it came to pass, when Solomon was old, that his wives turned away his heart after other gods: and his heart was not perfect with the LORD his God, as was the heart of David his father.

11:5 For Solomon went after Ashtoreth the goddess of the Zidonians, and after Milcom the abomination of the Ammonites.

11:6 And Solomon did evil in the sight of the LORD, and went not fully after the LORD, as did David his father.

11:7 Then did Solomon build a high place for Chemosh, the abomination of Moab, in the hill that is before Jerusalem, and for Molech, the abomination of the children of Ammon.

11:8 And likewise did he for all his strange wives, which burnt incense and sacrificed unto their gods.

11:9 And the LORD was angry with Solomon, because his heart was turned from the LORD God of Israel, which had appeared unto him twice,

11:10 And had commanded him concerning this thing, that he should not go after other gods: but he kept not that which the LORD commanded.

11:11 Wherefore the LORD said unto Solomon, Forasmuch as this is done of thee, and thou hast not kept my covenant and my statutes, which I have commanded thee, I will surely rend the kingdom from thee, and will give it to thy servant.

11:12 Notwithstanding in thy days I will not do it for David thy father's sake: but I will rend it out of the hand of thy son.

11:13 Howbeit I will not rend away all the kingdom; but will give one tribe to thy son for David my servant's sake, and for Jerusalem's sake which I have chosen.

## Biblia Sacra Vulgata

11:14 And the LORD stirred up an adversary unto Solomon, Hadad the Edomite: he was of the king's seed in Edom.

11:15 For it came to pass, when David was in Edom, and Joab the captain of the host was gone up to bury the slain, after he had smitten every male in Edom:

11:16 (For six months did Joab remain there with all Israel, until he had cut off every male in Edom:)

11:17 That Hadad fled, he and certain Edomites of his father's servants with him, to go into Egypt; Hadad being yet a little child.

11:18 And they arose out of Midian, and came to Paran: and they took men with them out of Paran, and they came to Egypt, unto Pharaoh king of Egypt; which gave him an house, and appointed him victuals, and gave him land.

11:19 And Hadad found great favour in the sight of Pharaoh, so that he gave him to wife the sister of his own wife, the sister of Tahpenes the queen.

11:20 And the sister of Tahpenes bare him Genubath his son, whom Tahpenes weaned in Pharaoh's house: and Genubath was in Pharaoh's household among the sons of Pharaoh.

11:21 And when Hadad heard in Egypt that David slept with his fathers, and that Joab the captain of the host was dead, Hadad said to Pharaoh, Let me depart, that I may go to mine own country.

11:22 Then Pharaoh said unto him, But what hast thou lacked with me, that, behold, thou seekest to go to thine own country? And he answered, Nothing: howbeit let me go in any wise.

11:23 And God stirred him up another adversary, Rezon the son of Eliadah, which fled from his lord Hadadezer king of Zobah:

11:24 And he gathered men unto him, and became captain over a band, when David slew them of Zobah: and they went to Damascus, and dwelt therein, and reigned in Damascus.

11:25 And he was an adversary to Israel all the days of Solomon, beside the mischief that Hadad did: and he abhorred Israel, and reigned over Syria.

11:26 And Jeroboam the son of Nebat, an Ephrathite of Zereda, Solomon's servant, whose mother's name was Zeruah, a widow woman, even he lifted up his hand against the king.

11:27 And this was the cause that he lifted up his hand against the king: Solomon built Millo, and repaired the breaches of the city of David his father.

pter Daudid seruum meum et Hierusalem quam elegi 11:14  
suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idu-  
meum de semine regio qui erat in Edom 11:15 cum enim  
esset Daudid in Idumea et ascendisset Ioab princeps militiae  
ad sepeliendos eos qui fuerant interfecti et occidisset omne  
masculinum in Idumea 11:16 sex enim mensibus ibi mora-  
tus est Ioab et omnis Israhel donec interimerent omne mas-  
culinum in Idumea 11:17 fugit Adad ipse et uiri idumei de  
seruis patris eius cum eo ut ingrederetur Aegyptum erat au-  
tem Adad puer paruulus 11:18 cumque surrexissent de Ma-  
dian uenerunt in Pharan tuleruntque secum uiros de Pharan  
et introierunt Aegyptum ad Pharaonem regem Aegypti qui  
dedit ei domum et cibos constituit et terram delegauit 11:19  
et inuenit Adad gratiam coram Pharao ualde in tantum ut da-  
ret ei uxorem sororem uxoris suae germanam Tafnes reginae  
11:20 genuitque ei soror Tafnes Genebath filium et nutriuit  
eum Tafnes in domo Pharaonis eratque Genebath habitans  
apud Pharaonem cum filiis eius 11:21 cumque audisset Ad-  
ad in Aegypto dormisse Daudid cum patribus suis et mortuum  
esse Ioab principem militiae dixit Pharaoni dimitte me ut ua-  
dam in terram meam 11:22 dixitque ei Pharao qua enim re  
apud me indiges ut quaeras ire ad terram tuam at ille respon-  
dit nulla sed obsecro ut dimittas me 11:23 suscitauit quo-  
que ei Deus aduersarium Razon filium Heliada qui fugerat  
Adadezer regem Soba dominum suum 11:24 et congregauit  
contra eum uiros et factus est princeps latronum cum inter-  
ficeret eos Daudid abieruntque Damascus et habitauerunt ibi  
et constituerunt eum regem in Damasco 11:25 eratque ad-  
uersarius Israhel cunctis diebus Salomonis et hoc est malum  
Adad et odium contra Israhel regnauitque in Syria 11:26  
Hieroboam quoque filius Nabath Ephrathus de Sareda cuius  
mater erat nomine Sarua mulier uidua seruus Salomonis le-  
uauit manum contra regem 11:27 et haec causa rebellionis

## Liber I Regum

aduersus eum quia Salomon aedificauit Mello et coaequauit uoraginem ciuitatis Dauid patris sui 11:28 erat autem Hieroboam uir fortis et potens uidensque Salomon adulescentem bonae indolis et industrium constituerat eum praefectum super tributa uniuersae domus Ioseph 11:29 factum est igitur in tempore illo ut Hieroboam egrederetur de Hierusalem et inueniret eum Ahias Silonites propheta in uia operatus pallio nouo erant autem duo tantum in agro 11:30 apprehendensque Ahia pallium suum nouum quo opertus erat scidit in duodecim partes 11:31 et ait ad Hieroboam tolle tibi decem scissuras haec enim dicit Dominus Deus Israhel ecce ego scindam regnum de manu Salomonis et dabo tibi decem tribus 11:32 porro una tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid et Hierusalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus Israhel 11:33 eo quod dereliquerint me et adorauerint Astharoth deam Sidoniorum et Chamos deum Moab et Melchom deum filiorum Ammon et non ambulauerint in uis meis ut facerent iustitiam coram me et praecepta mea et iudicia sicut Dauid pater eius 11:34 nec auferam omne regnum de manu eius sed ducem ponam eum cunctis diebus uitae suae propter Dauid seruum meum quem elegi qui custodiuit mandata mea et praecepta mea 11:35 auferam autem regnum de manu filii eius et dabo tibi decem tribus 11:36 filio autem eius dabo tribum unam ut remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Hierusalem ciuitatem quam elegi ut esset nomen meum ibi 11:37 te autem adsumam et regnabis super omnia quae desiderat anima tua erisque rex super Israhel 11:38 si igitur audieris omnia quae praecepero tibi et ambulaueris in uis meis et feceris quod rectum est coram me custodiens mandata mea et praecepta mea sicut fecit Dauid seruus meus ero tecum et aedificabo tibi domum fidelem quomodo aedificauit Dauid et tradam tibi Israhel 11:39 et adfligam semen Da-

11:28 And the man Jeroboam was a mighty man of valour: and Solomon seeing the young man that he was industrious, he made him ruler over all the charge of the house of Joseph.

11:29 And it came to pass at that time when Jeroboam went out of Jerusalem, that the prophet Ahijah the Shilonite found him in the way; and he had clad himself with a new garment; and they two were alone in the field:

11:30 And Ahijah caught the new garment that was on him, and rent it in twelve pieces:

11:31 And he said to Jeroboam, Take thee ten pieces: for thus saith the LORD, the God of Israel, Behold, I will rend the kingdom out of the hand of Solomon, and will give ten tribes to thee:

11:32 (But he shall have one tribe for my servant David's sake, and for Jerusalem's sake, the city which I have chosen out of all the tribes of Israel:)

11:33 Because that they have forsaken me, and have worshipped Ashtoreth the goddess of the Zidonians, Chemosh the god of the Moabites, and Milcom the god of the children of Ammon, and have not walked in my ways, to do that which is right in mine eyes, and to keep my statutes and my judgments, as did David his father.

11:34 Howbeit I will not take the whole kingdom out of his hand: but I will make him prince all the days of his life for David my servant's sake, whom I chose, because he kept my commandments and my statutes:

11:35 But I will take the kingdom out of his son's hand, and will give it unto thee, even ten tribes.

11:36 And unto his son will I give one tribe, that David my servant may have a light always before me in Jerusalem, the city which I have chosen me to put my name there.

11:37 And I will take thee, and thou shalt reign according to all that thy soul desireth, and shalt be king over Israel.

11:38 And it shall be, if thou wilt hearken unto all that I command thee, and wilt walk in my ways, and do that is right in my sight, to keep my statutes and my commandments, as David my servant did; that I will be with thee, and build thee a sure house, as I built for David, and will give Israel unto thee.

11:39 And I will for this afflict the seed of David, but not for ever.

# Biblia Sacra Vulgata

11:40 Solomon sought therefore to kill Jeroboam. And Jeroboam arose, and fled into Egypt, unto Shishak king of Egypt, and was in Egypt until the death of Solomon.

11:41 And the rest of the acts of Solomon, and all that he did, and his wisdom, are they not written in the book of the acts of Solomon?

11:42 And the time that Solomon reigned in Jerusalem over all Israel was forty years.

11:43 And Solomon slept with his fathers, and was buried in the city of David his father: and Rehoboam his son reigned in his stead.

uid super hoc uerumtamen non cunctis diebus 11:40 uoluit ergo Salomon interficere Hieroboam qui surrexit et aufugit in Aegyptum ad Susac regem Aegypti et fuit in Aegypto usque ad mortem Salomonis 11:41 reliquum autem uerborum Salomonis et omnia quae fecit et sapientia eius ecce uniuersa scripta sunt in libro uerborum Salomonis 11:42 dies autem quos regnauit Salomon in Hierusalem super omnem Israhel quadraginta anni sunt 11:43 dormiuitque Salomon cum patribus suis et sepultus est in ciuitate Dauid patris sui regnauitque Roboam filius eius pro eo

12:1 And Rehoboam went to Shechem: for all Israel were come to Shechem to make him king.

12:2 And it came to pass, when Jeroboam the son of Nebat, who was yet in Egypt, heard of it, (for he was fled from the presence of king Solomon, and Jeroboam dwelt in Egypt.)

12:3 That they sent and called him. And Jeroboam and all the congregation of Israel came, and spake unto Rehoboam, saying,

12:4 Thy father made our yoke grievous: now therefore make thou the grievous service of thy father, and his heavy yoke which he put upon us, lighter, and we will serve thee.

12:5 And he said unto them, Depart yet for three days, then come again to me. And the people departed.

12:6 And king Rehoboam consulted with the old men, that stood before Solomon his father while he yet lived, and said, How do ye advise that I may answer this people?

12:7 And they spake unto him, saying, If thou wilt be a servant unto this people this day, and wilt serve them, and answer them, and speak good words to them, then they will be thy servants for ever.

12:8 But he forsook the counsel of the old men, which they had given him, and consulted with the young men that were grown up with him, and which stood before him:

12:9 And he said unto them, What counsel give ye that we may answer this people, who have spoken to me, saying, Make the yoke which thy father did put upon us lighter?

12:10 And the young men that were grown up with him spake unto him, saying, Thus shalt thou speak unto this people that spake unto thee, saying, Thy father made our yoke heavy, but make thou it lighter unto us; thus shalt thou say unto them, My little finger shall be thicker than my father's loins.

12:1 uenit autem Roboam in Sychem illuc enim congregatus erat omnis Israhel ad constituendum eum regem 12:2 at Hieroboam filius Nabath cum adhuc esset in Aegypto profugus a facie regis Salomonis audita morte eius reuersus est de Aegypto 12:3 miseruntque et uocauerunt eum uenit ergo Hieroboam et omnis multitudo Israhel et locuti sunt ad Roboam dicentes 12:4 pater tuus durissimum iugum inposuit nobis tu itaque nunc inminue paululum de imperio patris tui durissimo et de iugo grauissimo quod inposuit nobis et seruiemus tibi 12:5 qui ait eis ite usque ad tertium diem et reuertimini ad me cumque abisset populus 12:6 iniit consilium rex Roboam cum senibus qui adsistebant coram Salomone patre eius dum adiuueret et ait quod mihi datis consilium ut respondeam populo 12:7 qui dixerunt ei si hodie obodieris populo huic et serurieris et petitioni eorum cesseris locutusque fueris ad eos uerba lenia erunt tibi serui cunctis diebus 12:8 qui dereliquit consilium senum quod dederant ei et adhibuit adulescentes qui nutriti fuerant cum eo et adsistebant illi 12:9 dixitque ad eos quod mihi datis consilium ut respondeam populo huic qui dixerunt mihi leuius fac iugum quod inposuit pater tuus super nos 12:10 et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo sic loquere populo huic qui locuti sunt ad te dicentes pater tuus adgrauauit iugum nostrum



## Liber I Regum

tu releua nos sic loqueris ad eos minimus digitus meus grossior est dorso patris mei 12:11 et nunc pater meus posuit super uos iugum graue ego autem addam super iugum uestrum pater meus cecidit uos flagellis ego autem caedam scorpionibus 12:12 uenit ergo Hieroboam et omnis populus ad Roboam die tertia sicut locutus fuerat rex dicens reuertimini ad me die tertia 12:13 responditque rex populo dura derelicto consilio seniorum quod ei dederant 12:14 et locutus est eis secundum consilium iuuenum dicens pater meus adgrauauit iugum uestrum ego autem addam iugo uestro pater meus cecidit uos flagellis et ego caedam scorpionibus 12:15 et non adqueiuit rex populo quoniam auersatus eum fuerat Dominus ut suscitaret uerbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiae Silonitae ad Hieroboam filium Nabath 12:16 uidens itaque populus quod nolisset eos audire rex respondit ei dicens quae nobis pars in Dauid uel quae hereditas in filio Isai in tabernacula tua Israhel nunc uide domum tuam Dauid et abiit Israhel in tabernacula sua 12:17 super filios autem Israhel quicumque habitabant in ciuitatibus Iuda regnauit Roboam 12:18 misit igitur rex Roboam Adoram qui erat super tributum et lapidauit eum omnis Israhel et mortuus est porro rex Roboam festinus ascendit currum et fugit in Hierusalem 12:19 recessitque Israhel a domo Dauid usque in praesentem diem 12:20 factum est autem cum audisset omnis Israhel quod reuersus esset Hieroboam miserunt et uocauerunt eum congregato coetu et constituerunt regem super omnem Israhel nec secutus est quisquam domum Dauid praeter tribum Iuda solam 12:21 uenit autem Roboam Hierusalem et congregauit uniuersam domum Iuda et tribum Benjamin centum octoginta milia electorum uirorum et bellatorum ut pugnaret contra domum Israhel et reduceret regnum Roboam filio Salomonis 12:22 factus est uero sermo Domini ad Semeiam uirum Dei dicens 12:23 loquere ad Roboam filium Salomo-

12:11 And now whereas my father did lade you with a heavy yoke, I will add to your yoke: my father hath chastised you with whips, but I will chastise you with scorpions.

12:12 So Jeroboam and all the people came to Rehoboam the third day, as the king had appointed, saying, Come to me again the third day.

12:13 And the king answered the people roughly, and forsook the old men's counsel that they gave him:

12:14 And spake to them after the counsel of the young men, saying, My father made your yoke heavy, and I will add to your yoke: my father also chastised you with whips, but I will chastise you with scorpions.

12:15 Wherefore the king hearkened not unto the people; for the cause was from the LORD, that he might perform his saying, which the LORD spake by Ahijah the Shilonite unto Jeroboam the son of Nebat.

12:16 So when all Israel saw that the king hearkened not unto them, the people answered the king, saying, What portion have we in David? neither have we inheritance in the son of Jesse: to your tents, O Israel! now see to thine own house, David. So Israel departed unto their tents.

12:17 But as for the children of Israel which dwelt in the cities of Judah, Rehoboam reigned over them.

12:18 Then king Rehoboam sent Adoram, who was over the tribute; and all Israel stoned him with stones, that he died. Therefore king Rehoboam made speed to get him up to his chariot, to flee to Jerusalem.

12:19 So Israel rebelled against the house of David unto this day.

12:20 And it came to pass, when all Israel heard that Jeroboam was come again, that they sent and called him unto the congregation, and made him king over all Israel: there was none that followed the house of David, but the tribe of Judah only.

12:21 And when Rehoboam was come to Jerusalem, he assembled all the house of Judah, with the tribe of Benjamin, an hundred and fourscore thousand chosen men, which were warriors, to fight against the house of Israel, to bring the kingdom again to Rehoboam the son of Solomon.

12:22 But the word of God came unto Shemaiah the man of God, saying,

12:23 Speak unto Rehoboam, the son of Solomon, king of Judah, and unto all the house of Judah and Benjamin, and to the remnant of the people, saying,

## Biblia Sacra Vulgata

12:24 Thus saith the LORD, Ye shall not go up, nor fight against your brethren the children of Israel: return every man to his house; for this thing is from me. They hearkened therefore to the word of the LORD, and returned to depart, according to the word of the LORD.

12:25 Then Jeroboam built Shechem in mount Ephraim, and dwelt therein; and went out from thence, and built Penuel.

12:26 And Jeroboam said in his heart, Now shall the kingdom return to the house of David:

12:27 If this people go up to do sacrifice in the house of the LORD at Jerusalem, then shall the heart of this people turn again unto their lord, even unto Rehoboam king of Judah, and they shall kill me, and go again to Rehoboam king of Judah.

12:28 Whereupon the king took counsel, and made two calves of gold, and said unto them, It is too much for you to go up to Jerusalem: behold thy gods, O Israel, which brought thee up out of the land of Egypt.

12:29 And he set the one in Bethel, and the other put he in Dan.

12:30 And this thing became a sin: for the people went to worship before the one, even unto Dan.

12:31 And he made an house of high places, and made priests of the lowest of the people, which were not of the sons of Levi.

12:32 And Jeroboam ordained a feast in the eighth month, on the fifteenth day of the month, like unto the feast that is in Judah, and he offered upon the altar. So did he in Bethel, sacrificing unto the calves that he had made: and he placed in Bethel the priests of the high places which he had made.

12:33 So he offered upon the altar which he had made in Bethel the fifteenth day of the eighth month, even in the month which he had devised of his own heart; and ordained a feast unto the children of Israel: and he offered upon the altar, and burnt incense.

13:1 And, behold, there came a man of God out of Judah by the word of the LORD unto Bethel: and Jeroboam stood by the altar to burn incense.

13:2 And he cried against the altar in the word of the LORD, and said, O altar, altar, thus saith the LORD; Behold, a child shall be born unto the house of David, Josiah by name; and upon thee shall he offer the priests of the high places that burn incense upon thee, and men's bones shall be burnt upon thee.

nis regem Iuda et ad omnem domum Iuda et Benjamin et reliquos de populo dicens 12:24 haec dicit Dominus non ascendetis nec bellabitis contra fratres uestros filios Israhel reuertatur uir in domum suam a me enim factum est uerbum hoc audierunt sermonem Domini et reuersi sunt de itinere sicut eis praeceperat Dominus 12:25 aedificauit autem Hieroboam Sychem in monte Ephraim et habitauit ibi et egressus inde aedificauit Phanuhel 12:26 dixitque Hieroboam in corde suo nunc reuertetur regnum ad domum Dauid 12:27 si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Hierusalem et conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda interficientque me et reuertentur ad eum 12:28 et excogitato consilio fecit duos uitulos aureos et dixit eis nolite ultra ascendere Hierusalem ecce dii tui Israhel qui eduxerunt te de terra Aegypti 12:29 posuitque unum in Bethel et alterum in Dan 12:30 et factum est uerbum hoc in peccatum ibat enim populus ad adorandum uitulum usque in Dan 12:31 et fecit fana in excelsis et sacerdotes de extremis populi qui non erant de filiis Leui 12:32 constituitque diem sollemnem in mense octauo quinta-decima die mensis in similitudinem sollemnitatis quae celebratur in Iuda et ascendens altare similiter fecit in Bethel ut immolaret uitulis quos fabricatus erat constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum quae fecerat 12:33 et ascendit super altare quod extruxerat in Bethel quintadecima die mensis octauum quem finxerat de corde suo et fecit sollemnitatem filiis Israhel et ascendit super altare ut adoleret incensum

13:1 et ecce uir Dei uenit de Iuda in sermone Domini in Bethel Hieroboam stante super altare et tus iacente 13:2 et exclamauit contra altare in sermone Domini et ait altare altare haec dicit Dominus ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine et immolabit super te sacerdotes excelsorum qui nunc in te tura succendunt et ossa hominum incendet super

## Liber I Regum

te 13:3 deditque in die illa signum dicens hoc erit signum quod locutus est Dominus ecce altare scinditur et effunditur cinis qui in eo est 13:4 cumque audisset rex sermonem hominis Dei quem inclamauerat contra altare in Bethel extendit manum suam de altari dicens adprehendite eum et exaruit manus eius quam extenderat contra eum nec ualuit retrahere eam ad se 13:5 altare quoque scissum est et effusus cinis de altari iuxta signum quod praedixerat uir Dei in sermone Domini 13:6 et ait rex ad uirum Dei deprecare faciem Domini Dei tui et ora pro me ut restituatur manus mea mihi orauit uir Dei faciem Domini et reuersa est manus regis ad eum et facta est sicut prius fuerat 13:7 locutus est autem rex ad uirum Dei ueni mecum domum ut prandeas et dabo tibi munera 13:8 responditque uir Dei ad regem si dederis mihi mediam partem domus tuae non ueniam tecum nec comedam panem neque bibam aquam in loco isto 13:9 sic enim mandatum est mihi in sermone Domini praecipientis non comedes panem neque bibes aquam nec reuerteris per uiam qua uenisti 13:10 abiit ergo per aliam uiam et non est reuersus per iter quo uenerat in Bethel 13:11 propheta autem quidam senex habitabat in Bethel ad quem uenit filius suus et narrauit ei omnia opera quae fecerat uir Dei illa die in Bethel et uerba quae locutus fuerat ad regem et narrauerunt patri suo 13:12 et dixit eis pater eorum per quam uiam abiit ostenderunt ei filii sui uiam per quam abierat uir Dei qui uenerat de Iuda 13:13 et ait filiis suis sternite mihi asinum qui cum strauissent ascendit 13:14 et abiit post uirum Dei et inuenit eum sedentem subtus terebinthum et ait illi tune es uir Dei qui uenisti de Iuda respondit ille ego sum 13:15 dixit ad eum ueni mecum domum ut comedas panem 13:16 qui ait non possum reuerti neque uenire tecum nec comedam panem nec bibam aquam in loco isto 13:17 quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini dicens non co-

13:3 And he gave a sign the same day, saying, This is the sign which the LORD hath spoken; Behold, the altar shall be rent, and the ashes that are upon it shall be poured out.

13:4 And it came to pass, when king Jeroboam heard the saying of the man of God, which had cried against the altar in Bethel, that he put forth his hand from the altar, saying, Lay hold on him. And his hand, which he put forth against him, dried up, so that he could not pull it in again to him.

13:5 The altar also was rent, and the ashes poured out from the altar, according to the sign which the man of God had given by the word of the LORD.

13:6 And the king answered and said unto the man of God, Intreat now the face of the LORD thy God, and pray for me; that my hand may be restored me again. And the man of God besought the LORD, and the king's hand was restored him again, and became as it was before.

13:7 And the king said unto the man of God, Come home with me, and refresh thyself, and I will give thee a reward.

13:8 And the man of God said unto the king, If thou wilt give me half thine house, I will not go in with thee, neither will I eat bread nor drink water in this place:

13:9 For so was it charged me by the word of the LORD, saying, Eat no bread, nor drink water, nor turn again by the same way that thou camest.

13:10 So he went another way, and returned not by the way that he came to Bethel.

13:11 Now there dwelt an old prophet in Bethel; and his sons came and told him all the works that the man of God had done that day in Bethel: the words which he had spoken unto the king, them they told also to their father.

13:12 And their father said unto them, What way went he? For his sons had seen what way the man of God went, which came from Judah.

13:13 And he said unto his sons, Saddle me the ass. So they saddled him the ass: and he rode thereon.

13:14 And went after the man of God, and found him sitting under an oak; and he said unto him, Art thou the man of God that camest from Judah? And he said, I am.

13:15 Then he said unto him, Come home with me, and eat bread.

13:16 And he said, I may not return with thee, nor go in with thee: neither will I eat bread nor drink water with thee in this place:

13:17 For it was said to me by the word of the LORD, Thou shalt eat no bread nor drink water there, nor turn again to go by the way that thou camest.

## Biblia Sacra Vulgata

---

13:18 He said unto him, I am a prophet also as thou art; and an angel spake unto me by the word of the LORD, saying, Bring him back with thee into thine house, that he may eat bread and drink water. But he lied unto him.

13:19 So he went back with him, and did eat bread in his house, and drank water.

13:20 And it came to pass, as they sat at the table, that the word of the LORD came unto the prophet that brought him back:

13:21 And he cried unto the man of God that came from Judah, saying, Thus saith the LORD, Forasmuch as thou hast disobeyed the mouth of the LORD, and hast not kept the commandment which the LORD thy God commanded thee,

13:22 But camest back, and hast eaten bread and drunk water in the place, of the which the Lord did say to thee, Eat no bread, and drink no water; thy carcase shall not come unto the sepulchre of thy fathers.

13:23 And it came to pass, after he had eaten bread, and after he had drunk, that he saddled for him the ass, to wit, for the prophet whom he had brought back.

13:24 And when he was gone, a lion met him by the way, and slew him: and his carcase was cast in the way, and the ass stood by it, the lion also stood by the carcase.

13:25 And, behold, men passed by, and saw the carcase cast in the way, and the lion standing by the carcase: and they came and told it in the city where the old prophet dwelt.

13:26 And when the prophet that brought him back from the way heard thereof, he said, It is the man of God, who was disobedient unto the word of the LORD: therefore the LORD hath delivered him unto the lion, which hath torn him, and slain him, according to the word of the LORD, which he spake unto him.

13:27 And he spake to his sons, saying, Saddle me the ass. And they saddled him.

13:28 And he went and found his carcase cast in the way, and the ass and the lion standing by the carcase: the lion had not eaten the carcase, nor torn the ass.

13:29 And the prophet took up the carcase of the man of God, and laid it upon the ass, and brought it back: and the old prophet came to the city, to mourn and to bury him.

13:30 And he laid his carcase in his own grave; and they mourned over him, saying, Alas, my brother!

13:31 And it came to pass, after he had buried him, that he spake to his sons, saying, When I am dead, then bury me in the sepulchre wherein the man of God is buried; lay my bones beside his bones:

medes panem et non bibes ibi aquam nec reuerteris per uiam qua ieris 13:18 qui ait illi et ego propheta sum similis tui et angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens reduc eum tecum in domum tuam et comedat panem et bibat aquam fefellit eum 13:19 et reduxit secum comedit ergo panem in domo eius et bibit aquam 13:20 cumque sederent ad mensam factus est sermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum 13:21 et exclamauit ad uirum Dei qui uenerat de Iuda dicens haec dicit Dominus quia inoboediens fuisti ori Domini et non custodisti mandatum quod praecepit tibi Dominus Deus tuus 13:22 et reuersus es et comedisti panem et bibisti aquam in loco in quo praecepit tibi ne comederes panem neque biberes aquam non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum 13:23 cumque comedisset et bibisset strauit asinum prophetae quem reduxerat 13:24 qui cum abisset inuenit eum leo in uia et occidit et erat cadauer eius proiectum in itinere asinus autem stabat iuxta illum et leo stabat iuxta cadauer 13:25 et ecce uiri transeuntes uiderunt cadauer proiectum in uia et leonem stantem iuxta cadauer et uenerunt et diulgauerunt in ciuitate in qua propheta senex ille habitabat 13:26 quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eum de uia ait uir Dei est qui inoboediens fuit ori Domini et tradidit eum Dominus leoni et confregit eum et occidit iuxta uerbum Domini quod locutus est ei 13:27 dixitque ad filios suos sternite mihi asinum qui cum strauissent 13:28 et ille abisset inuenit cadauer eius proiectum in uia et asinum et leonem stantes iuxta cadauer non comedit leo de cadauere nec laesit asinum 13:29 tulit ergo propheta cadauer uiri Dei et posuit illud super asinum et reuersus intulit in ciuitatem prophetae senis ut plangerent eum 13:30 et posuit cadauer eius in sepulchro suo et planxerunt eum heu frater 13:31 cumque planxissent eum dixit ad filios suos cum mortuus fuero sepelite me in sepulchro in quo

## Liber I Regum

